

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Francfort, André Wechel, 1581](#)[Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre XI](#)[Item Mythologia, Francfort, 1581 - X \[40\] : De Apolline](#)

Mythologia, Francfort, 1581 - X [40] : De Apolline

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document est une version augmentée de :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[40\] : De Apolline](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre IV

[Mythologia, Francfort, 1581 - IV, 10 : De Apolline](#)

a pour résumé ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X

[Mythologie, Lyon, 1612 - X \[40\] : D'Apollon](#)

est une traduction de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X

[Mythologie, Paris, 1627 - X \[40\] : D'Apollon](#)

est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice [Équipe Mythologia](#)

Mentions légales

- Fiche : [Projet Mythologia](#) (CRIMEL, URCA ; IUF) ; [projet EMAN](#), Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : [Münchener DigitalisierungsZentrum](#) (MDZ).

Présentation du document

Publication [Francfort, André Wechel, 1581](#)

Exemplaire [Regensburg \(Allemagne\), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307](#)

Formatin-8

langue(s) [Latin](#)

Paginationp. [1043-1044](#)

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques et historiques [Apollon](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 28/12/2018 Dernière modification le 28/04/2023

entia humana, quæ dissideat à diuina voluntate, inanis est & contemnenda, cum solus vir bonus & amicus Dei sit sapiens.

De Prometheo.

Enimvero ut demonstrarent omnem humanam prudentiam quæ à diuina voluntate dissentiret, esse perniciosam mortalibus, & insulsam, Promethei fabulam introduxerunt, quem artes & dolos omnes excogitasse inquitunt, & idcirco graui supplicia passum fuisse. Hunc aiunt columnæ alligatum fuisse, multaq; graui passum tandem reconciliatum fuisse Ioui, quoniã viris bonis plerunq; pugnandum est cum infortunis atq; soli propè mali vel fatui sunt fortunati. At cū breuis vita mortaliū existat, qui multas molestias æquo animo pertulerit, ille Deo tandè sit amicus. quare per sapientiam Ioui tandem reconciliatus fuit.

De Atlante & Endymione.

Neque tamen putanda sunt omnia quæ fabulosè tradita sunt ab antiquis, ad humanæ vitæ institutionem, vel ad vitæ naturæ exprimendas fuisse conficta: sicuti non necesse est in fertili agro nullam nasci plantam inutilem. Quæ de Atlante igitur & de Endymione prodita sunt memoriæ, illa de vitis astronomiæ scientiæ peritis dicta sunt, postea ad illorum gratiam, ut cum suauitate ad posteros transmitterentur, ita fabulosos narrationibus fuerunt implicata.

De Fortuna.

Neq; illa quidem quæ memoriæ prodita sunt de Fortuna, non singulari consilio fuerunt excogitata: quæ quid sit, satis explicatum fuit in Phisicis ab Aristot. Sed ego, cum omnia diuina providèria gubernari putem, nihil fortunæ tribuendum verè sentio: sed nomen ipsum tributum fuisse fortunæ putarim, ut à cogitatione diuinæ potentis, cum molestis, ut sibi videntur, præter dignitatem homines infestantur, deducerentur: atq; in fictum nomen suas lamentationes & conuicia conicerent, quæ leuis & stulta, & cæca, & iniqua vocaretur, cum causæ nescirentur, cur huic res aduersæ ferè omnes euenirent, at illi contra nihil non ex sententia succederet.

De Apolline.

Explicatum fuit in superioribus fabulis de mundi principiis, & mutuis elementorum inter se mutationibus, dequæ animæ immortalitate, quòd illa sempiterna sit in hominibus, quòd vnus sit mundus ex vniuersa materia, & quæ sint cœli

prionis ac generationis elementorum principia: nunc videtur dicendum de iis que pertinent ad conseruandas formas singulorum animalium, & compositorum corporum. Est autem omnium horum Sol artifex, quem à splendore Phœbū nominarunt: nam propter obliquum eius cursum sub signifero circulo omnes & plantę & animalia modò eius recessu fructum produciunt, modò recessu vires resurgunt. Fuit idem medicę artis petrus, & salubritatis ac pestilentię artifex creditus, quoniam vis Solis medicinę confert, cum nimius eius calor sit pestifer omnibus animantibus. Est enim omnis animantium salus in symmetria caloris cõstituta: quare generationis & corruptionis artifex Sol est appellandus, vt senserunt antiqui.

De Æsculapio.

Æsculapium idcirco sruerunt antiqui Phœbi & Coronidis, quam aeris temperamentum esse dicebamus, filium, quia nisi Solis calor aera purget ac rariorem faciat modicè, & nisi humoris vis quædam in ipso aere relinquatur, nulla esse potest salubritas. Fuit igitur Æsculapius aer bene affectus, cuius filia fuit Sanitas aut bona Valetudo. Est enim aeris temperies non homini solùm, sed etiam cunctis cæteris animalibus, & plantis salubris: quare iure & Solis filium Æsculapium, & salubrem vim de Sole animis corporibusque subuenientē dixerunt. Sed quia vis Solis allidue commisceat oportet ipsum aera, matrem illi Deo missionem tribuerunt. Per hæc igitur non solùm autorem generationis & corruptionis Solem significabant antiqui, sed etiam salubritatis: cum mediocritas conseruet, at quod nimium est vel minimū interimat: omnis enim vita animantium & sanitas est in mediocritate constituta.

De Chirone.

Atque cum in aeris optimè affecti natura, facultas sit constituta facillè conualecendi, accidit aliquando malè affecti corporis malignos humores in aliquam partem ipsius corporis debilitorem confluere: quod enim per totum corpus diffusum fuerat, à vi naturæ in vnum locum expellitur. Ideo Chironem peritum chirurgiæ celebrant. Sic enim significabant physicas actiones per has fabulas, quæ spectabant ad conseruanda singula composita corpora naturalia.

De Venere.

Deinde quoniam alia ex animalibus nascuntur è corruptione, alia